Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dictis · Cecci vident: claudi ambulant · leprosi mundantur · surdi audiunt · mortui resurgunt · pauperes euangelizantur · et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Hijs autem abeuntibus: cepit dicere de iohe ad turbas. Quid existis in desertum videre? Harundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiunt: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plus quam prophetam. Hic est enim: de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Offertorium. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatem plebi tue. Secreta. Oblationum munera tibi domine quesumus hostia mundet immolatque que et sacri pagam institutio mysterij et salutare tuum nobis mutabiliter operet. Per. Communio. Confortate manus et nolite timere ecce deus noster ueniet et saluabit nos. Postcommunio. Imploramus domine immensam clementiam tuam vt hec diuina subsidia a nouis expiatos ad festa ventura nos preparent. Per. Feria iiij quatuor temporum.

Roramate celi de super et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Sine salutacione dicitur Oremus.

Deflectamus genua. Leuate. Deus qui omnipotens dominus vt redempcionis nostre ventura solleminitas et pinitis nobis iuste subsidia preferat eterne beatitudinis premia largiatur. Per. Ysaie prophete.

In diebus illis. Dixit ysaias prophetam. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in uertice montium et eleuabitur super colles et fluent ad eum omnes gentes: et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad montem domini et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas. et ambulabimus in semitis eius. quia de syon exibit lex et verbum domini de ierusalem. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in uomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra